

The Electronic *Compendium moralium notabilium* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/CMN/index.html>)

44 quotations attributed to Lactantius in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 1: De religione et superstitione (fol.1ra):

Cecilius firmianus de beata vita: libro 3. **Peccati conscientia et metus pene religiosiorem facit.**

Peccati enim conscientia et metus poenae religiosiorem facit et semper multo firmior est
fides quam reponit paenitentia.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 5.13.7 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.440).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 20: De elemosyna (fol.8ra):

Cecilius firmianus de beata vita: libro 4. **Beneficentia nulla est vbicumque necessitas non est: perit igitur quicquid gratiae causa non indigentibus tribuitur.**

Beneficentia enim nulla est ubicumque necessitas non est. Perit ergo quidquid gratiae causa tribuitur non indigentibus aut cum faenore redit, et beneficentia non erit.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.11.26 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.524).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 28: De penitentia et contritione peccatorum (fol.10rb):

Cecilius firmianus de beata vita libro 3. **Multo firmior est fides quam reponit penitentia.**

Peccati enim conscientia et metus poenae religiosiorem facit et semper multo firmior est fides quam reponit paenitentia.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 5.13.7 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.440).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 1: De bono et malo (fol.15rb):

Cecilius firmianus de beata vita libro 3. **Bonorum matura in arduo posita est: malorum in precipitio.**¹ Libro 4. **Est pene supra humanum modum ne in cognitionem quidem admittere quod sit vel factum malum vel improbum dictum.**² Libro 7. et finali. **Deus non excludit malum vt ratio virtutis constare posset.**³

1. Sed si commune quoque ac mediocre quodlibet bonum non nisi labore adsequimur, quoniam bonorum natura in arduo posita est, malorum in praecipiti, summo igitur labore summum bonum adsequi necesse est.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 3.8.35 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.197).

2. Est enim paene supra humanum modum ne in cogitationem quidem admittere quod sit uel factu malum uel improbum dictu.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.13.8 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.533).

3. Deus ergo non exclusit malum, ut ratio uirtutis constare posset.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 5.7.5 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.420).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 3: De virtutibus et vitiis (fol.16va-vb):

Cecilius firmianus de beata vita libro i. **Virtutibus amaritudo permixta est. Vitia vero voluptate condita sunt.**¹ **Irrumpunt vitia cum virtutibus quia mala bonis adherent et in animis potiora sunt.**² Libro 3. **Scientia parum est ad bonum suscipiendum malumque fugiendum nisi accidat virtus. Virtus cum scientia coniuncta sapientia est.**³ Libro 4. **Animus incultus vitiis sua sponte inualescentibus velut spinis obducitur. Sed cum verus cultor accesserit statim cedentibus vitiis fruges virtutum oriuntur.**⁴ Libro 6. **Natura hominum procliuis in vitia videri vult non modo cum venia sed etiam cum ratione peccare.**⁵

1. Nam quia uirtutibus amaritudo permixta est, vitia uero uoluptate condita sunt illa offensi, hac deleniti feruntur in praeceptis et bonorum specie falsi mala pro bonis.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 1.1.7 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.2).

2. Quod si recipis, o Marce Tulli, non uides fore ut inrumpant vitia cum uirtutibus, quia mala bonis adhaerent et in animis hominum potentiora sunt?

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 1.20.17 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.2).

3. Nam scientia parum est ad bonum suscipiendum malumque fugiendum, nisi accedat et virtus. Multi enim philosophorum cum de bonis malisque dissererent, aliter tamen quam loquebantur natura cogente uixerunt, quia uirtute caruerunt. Virtus autem cum scientia coniuncta sapientia est.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 3.8.31 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.197).

4. Nam sicut in sentes ager qui est natura fecundus exuberat, sic animus incultus vitiis sua sponte inualescentibus uelut spinis obducitur. Sed cum uerus cultor accesserit, statim cedentibus vitiis fruges uirtutis oriuntur.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.15.8 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.537).

5. Nam si habere non possunt quae doceas firmitatem, nisi ea prior feceris, quia natura hominum procliuis in vitia uideri uult non modo cum uenia, sed etiam cum ratione peccare, oportet magistrum doctorem que uirtutis homini simillimum fieri, ut uincendo peccatum doceat hominem uinci ab eo posse peccatum.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 4.24.11 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.373).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 6: De naturali errore circa se et alium (fol.20vb):

Cecilius firmianus de beata vita libro 3. **Nemo de se recte potest iudicare.**

Nemo enim de se potest recte iudicare: quod nobilis poeta testatur.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 3.4.7 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.373).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane mortalitatis et naturalitatis (fol.21rb):

Cecilius firmianus de beata vita libro 4. **Nemo potest esse tam prudens tam circumspectus vt non aliquando labatur.**

Nemo enim potest esse tam prudens, tam circumspectus, ut non aliquando labatur.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.24.9 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.572).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 1: De iustitia equitate et iniquitate (24vb-25ra):

Cecilius firmianus de beata vita: libro 3. **Nunquam potest esse iustus qui stultus est: neque sapiens qui fuerit iniustus.**¹ Libro 4. **In hoc iustitiae summa consistit: ut non facias alteri quicquid ipse ab altero pati nolis.**²

1. Ita fit ut numquam possit iustus esse qui stultus est, neque sapiens qui fuerit iniustus.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 5.17.26 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.457).

2. Nam fere in hoc iustitiae summa consistit, ut non facias alteri quicquid ipse ab altero pati nolis.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.23.32 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.569).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 4: De innocentia (fol.26vb):

Cecilius firmianus de beata vita libro 3. **Inter summas hominis virtutes innocentia numeratur.**¹ Libro 4. **In hoc iustitie summa consistit: vt non facias alteri quicquid ipsi ab altero pati nolis.**²

1. Homo uero quia scientiam boni ac mali habet, abstinet se a nocendo etiam cum incommodo suo, quod animal irrationale facere non potest, et ideo inter summas hominis uirtutes innocentia numeratur.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 5.17.31 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.457).

2. Nam fere in hoc iustitiae summa consistit, ut non facias alteri quicquid ipse ab altero pati nolis.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.23.32 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.569).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 5: De iniuria seu contumelia et offensione (fol.27rb):

Cecilius firmianus de beata vita libro 3. **In hoc iustitie summa consistit: vt non facias alteri quicquid ipse ab altero pati nolis.**

Nam fere in hoc iustitiae summa consistit, ut non facias alteri quicquid ipse ab altero pati nolis.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.23.32 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.569).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 13: De culpa et excusatione (fol.29va):

Cecilius firmianus de beata vita libro 6. **Natura hominum procliuis in vitia videri vult: non modo cum venia: sed etiam cum ratione peccatur.**

Nam si habere non possunt quae doceas firmitatem, nisi ea prior feceris, quia natura hominum procliuis in vitia videri vult non modo cum venia, sed etiam cum ratione peccare, oportet magistrum doctorem quae virtutis homini simillimum fieri, ut vincendo peccatum doceat hominem vinci ab eo posse peccatum.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 4.24.11 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.373).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31r):

Cecilius de beata vita libro 2. **Veritas a vulgi solet variis sermonibus dissipata corrumpi.**

Nullas enim litteras ueritatis attigerant, sed quae prophetarum uaticinio tradita in sacrario dei continebantur, ea de fabulis et obscura opinione collecta et deprauata, ut ueritas a uulgo solet uariis sermonibus dissipata corrumpi nullo non addente aliquid ad quod audierat, carminibus suis comprehenderunt.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 2.10.6 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.147).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.61ra):

Cecilius firmianus de beata vita libro i. **Nullus suauior animi cibus est quam cognitio veritatis.**¹ **Primus sapientie gradus est falsa intelligere: secundus vera cognoscere.**²

1. Nobis autem qui sacramentum uerae religionis accepimus cum sit ueritas reuelata diuinitus, cum doctorem sapientiae ducemque uirtutis deum sequamur, uniuersos sine ullo discrimine uel sexus uel aetatis ad caeleste pabulum conuocamus: nullus enim suauior animo cibus est quam cognitio ueritatis.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 1.1.19 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.5).

2. Primus autem sapientiae gradus est falsa intellegere, secundus uera cognoscere.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 1.23.8 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.94).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia et sapientia (fol.64vb).

Cecilius firmianus de beata vita libro i. **Primus sapientie gradus est falsa intelligere: secundus vera cognoscere.**¹ Libro 3. **Virtus cum scientia coniuncta sapientia est.**² **Sapientia nisi in aliquo actu fuerit quo vim suam exerceat inanis et falsa est.**³ **Nunquam potest esse iustus qui stultus est: neque sapiens qui fuerit iniustus.**⁴ **Calliditas et astutia in multis animalibus sunt: vel cum insidiantur aliis: et dolo capiunt et deorant: vel cum insidias aliorum vario genere deludunt. Sapientia vero in hominem solum cadit.**⁵ Libro 6. **Nemo potest iure dici homo: nisi qui sapiens est.**⁶

1. Primus autem sapientiae gradus est falsa intellegere, secundus uera cognoscere.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 1.23.8 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.94).

2. Virtus autem cum scientia coniuncta sapientia est.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 3.8.31 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.197).

3. Sapientia enim nisi in aliquo actu fuerit quo uim suam exerceat, inanis et falsa est recteque Tullius ciuiles uiros, qui rem publicam gubernent, qui urbes aut nouas constituent aut constitutas aequitate tueantur, qui salutem libertatemque ciuium uel bonis legibus uel salubribus consiliis uel iudiciis grauibis conseruent, philosophiae doctoribus praefert.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 3.16.2 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.224).

4. Ita fit ut numquam possit iustus esse qui stultus est, neque sapiens qui fuerit iniustus.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 5.17.26 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.457).

5. Calliditas autem et astutia in mutis quoque animalibus sunt, uel cum insidiantur aliis et dolo capiunt, ut deuorent, uel cum insidias aliorum uario genere deludunt, sapientia uero in hominem solum cadit.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 5.17.33 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.457).

6. Nemo enim potest iure dici homo nisi qui sapiens est.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 4.1.10 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.276).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 13: De cautione securitate et periculo (s.n.):

Cecilius Firmianus de beata vita libro 4. **Cautio a metu oritur.**

Nam et cupiditas a uoluntate incipit et cautio a metu oritur et laetitia nihil aliud est quam professum gaudium.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.15.15 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.539).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 1: De philosophia et scientia litterarum (fol.65rb):

Cecilius firmianus de beata vita libro 4. **Multis artibus opus est vt ad philosophiam possit accedi.**

Conati quidem sunt illi facere quod ueritas exigebat, sed non potuit ultra uerba procedi, primum, quia multis artibus opus est, ut ad philosophiam possit accedi.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 3.25.8 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.258).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 2: De auctoribus scientiarum et libris eorum (fol.65vb):

Cecilius firmianus de beata vita libro 2. **Sapientiam sibi adimunt qui sine vllo iudicio inuenta maiorum probant: et ab aliis pecudum more ducuntur.**¹ **Maius est propria facere quam aliena disponere.**²

1. Quare cum sapere id est ueritatem quaerere omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt qui sine ullo iudicio inuenta maiorum probant et ab aliis pecudum more ducuntur.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 2.7.4 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.125).

2. Siquidem maius est propria facere quam aliena disponere.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 2.8.18 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.133).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 6: De exercitio et vsu exercitii (fol.72va):

Cecilius firmianus de beata vita libro 3. **Sapientia nisi in aliquo actu fuerit: quo vim suam exerceat inanis et falsa est.**

Sapientia enim nisi in aliquo actu fuerit quo vim suam exerceat, inanis et falsa est recteque Tullius ciuiles uiros, qui rem publicam gubernent, qui urbes aut nouas constituent aut constitutas aequitate tueantur, qui salutem libertatemque ciuium uel bonis legibus uel salubribus consiliis uel iudiciis grauibus conseruent, philosophiae doctoribus praefert.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 3.16.2 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.224).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 4: De interrogationis et responsionis prudentia (fol.75vb-76ra):

Cecilius firmianus: de beata vita libro 2. **Sapientiam sibi adimunt qui sine vlllo iudicio inuenta malorum probant: et ab aliis pecudum more ducuntur.**¹ Libro 3. **Nemo de se recte potest iudicare.**²

1. Quare cum sapere id est ueritatem quaerere omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt qui sine ullo iudicio inuenta maiorum probant et ab aliis pecudum more ducuntur.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 2.7.4 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.125).

2. Nemo enim de se potest recte iudicare: quod nobilis poeta testatur.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 3.4.7 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.373).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 17: De obsequio et resistentia (fol.103vb):

Cecilius firmianus de beata vita: libro 7. et finali. **Mores ac vicia regis imitari genus obsequii est.**

Et quoniam mores ac vicia regis imitari genus obsequii iudicatur, abiecerunt omnes pietatem, ne exprobrare regi scelus uiderentur, si pie uiuerent.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 5.6.9 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.418).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 14: De oculorum continentia et incontinentia (fol.108rb):

Cecilius firmianus: de beata vita. libro 4. **Libido aspectu maxime concitatur.**

Admonentur utique quid facere possint et inflammantur libidine, quae aspectu maxime concitatur, ac se quisque pro sexu in illis imaginibus praefigurat probantque illa, dum rident, et adhaerentibus uitiiis corruptiores ad cubicula reuertuntur, nec pueri modo, quos praematuris uitiiis imbui non oportet, sed etiam senes, quos peccare iam non decet.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.20.31 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.560).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 3: De modis alliciendi alterius voluntatem ad se amandum amore: venereo: et de his que parant hominem libidini veneree (fol.111va).

Cecilius firmianus de beata vita: libro 4. **Libido aspectu maxime concitatur.**

Admonentur utique quid facere possint et inflammantur libidine, quae aspectu maxime concitatur, ac se quisque pro sexu in illis imaginibus praefigurat probantque illa, dum rident, et adhaerentibus utiis corruptiores ad cubicula reuertuntur, nec pueri modo, quos praematuris utiis imbui non oportet, sed etiam senes, quos peccare iam non decet.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.20.31 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.560).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 10: De molestia et damno amoris venerei (fol.133va):

Cecilius firmianus de beata vita. libro 4. **Tres sunt omnes affectus qui homines in omnia facinora precipites agunt: Ira: cupiditas: libido.**

Tres sunt igitur adfectus qui homines in omnia facinora praecipites agant, ira cupiditas libido.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.19.4 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.553).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117va):

Cecilius firmianus de beata vita: libro 4. **Malorum victrix est fortitudo.**

Ideo necesse est iustum et sapientem in omnibus malis esse, quoniam malorum uictrix est fortitudo, iniustos autem in diuitiis, in honore, in potestate: haec enim bona corporalia et terrena sunt; illi autem terrenam uitam agunt nec adsequi immortalitatem queunt, quia se uoluptatibus dediderunt, quae sunt uirtutis inimicae.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 7.5.24 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.601).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 2: De patientia et impatientia (fol.188rb):

Cecilius firmianus de beata vita libro 3. **Patientia est malorum que aut inferuntur: aut accidunt cum equanimitate perlatio.**

Patientia est enim malorum quae aut inferuntur aut accidunt cum aequanimitate perlatio.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 5.22.3 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.473).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.121vb-122ra):

Cecilius firmianus: de beata vita libro 4. **Tres sunt affectus qui homines in omnia facinora precipites agunt. Ira cupiditas libido.**

Tres sunt igitur adfectus qui homines in omnia facinora praecipites agant, ira cupiditas libido.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.19.4 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.553).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 3: De belli pressura periculo et euentu (fol.125vb):

Cecilius Firminus de beata vita libro 4. **Sapientis ac boni viri non est velle certare ac se periculo committere: quoniam vincere non est in nostra potestate: et est anceps omne certamen: sed est sapientis ac optimi viri non aduersarium velle tollere: quod fieri sine scelere ac periculo non potest.**

Sapientis ergo ac boni uiri non est uelle certare ac se periculo committere, quoniam et uincere non est in nostra potestate et est anceps omne certamen, sed est sapientis atque optimi uiri non aduersarium uelle tollere, quod fieri sine scelere ac periculo non potest, sed certamen ipsum, quod fieri et utiliter et iuste potest.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 6.18.29 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.552).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.138vb):

Cecilius firmianus de beata vita libro 7. et finali. **Plus habent ponderis ad ruinam que sunt ceteris altiora.**

Magnitudine antistant, tanto maiore decident lapsu, quia plus habent ponderis ad ruinam quae sunt ceteris altiora.

Lactantius, *Diuinae institutiones*, 7.15.13 (CSEL 19, S. Brandt ed., p.633).